Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



⁊ nobiles eorꝫ in manicis ferreis Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc omnibus sanctis eius Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in cordis et organo Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum. Ant. Omnis spiritus laudet dominum. Ant. Ego sum. Ps.

Benedictus dominus deus israel: quia visitauit ⁊ fecit redemptionem plebis suæ Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius Salutem ex inimicis nostris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memoratus testamenti sui sancti. Ius iuramentum quod iurauit ad abraham patrem nostrum: datum se nobis Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi In sanctitate ⁊ iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris Et tu puer propheta altissimi uocaberis: præibis enim ante faciem domini parare uias eius Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum Per uiscera misericordiæ dei nostri: in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Ant. Ego sum resurrectio et uita qui credit in me etiam si mortuus fuerit et omnis qui uiuit et credit in me non morietur in æternum.

De profundis Ps. clamaui ad te domine: domine exaudi uocem meam Fiant aures tue intendentes: in uocem deprecationis mee Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit Quia